SANTO TOMÁS DE AQUINO

DE SECRETO

12 de mayo de 1269

TEXTUM TAURINI 1954

SANTO TOMÁS DE AQUINO

ACERCA DEL SECRETO

Traducción del latín
NELSON R. MECHÁN ZURITA

CUESTIÓN 1

Prima quaestio fuit, si frater unus accusat alterum, vel alium de peccato occulto quod probari non potest, vel quod non scitur nisi ab accusato vel ab accusante; potest ne accusato praelatus praecipere ut coram accusante dicat veritatem; et utrum accusatus teneatur se prodere propter praeceptum. Quod si fecerit, et vinci poterit per duos, scilicet praelatum et accusatum, et ita publicabitur occultum.

La primera pregunta fue: si un hermano acusa a uno u otro de pecado oculto que no puede ser probado, o que no es sabido sino por el acusado o por el acusante:

1. ¿El prelado no puede ordenar al acusado para que diga la verdad ante la presencia del acusante?

2. ¿El acusado está obligado a descubrirse en virtud del mandato? Dado que, si lo hiciera, y pudiera ser demostrado por dos, a saber, el prelado y el acusado, se publicaría lo oculto.

Respondeo dicendum, quod praelatus non debet praecipere, et peccat graviter si praecipit, nec accusatus tenetur respondere, quia non tenetur se pandere et manifestare.

Respondo diciendo:

Ad 1^{am}) que el prelado no debe ordenar, y pecaría gravemente si ordenara.

Ad 2^{am}) que el acusado no está obligado a responder, porque no está obligado a publicarse y descubrirse.

CUESTIÓN 2

Secunda quaestio fuit: utrum in praedicto casu, praelatus accusato debeat seorsum praecipere ut sibi soli dicat veritatem.

La segunda pregunta fue: si en el caso antes dicho, el prelado debe ordenar por separado al acusado para que le diga la verdad solo a sí mismo.

Respondeo dicendum, quod non debet praecipere, nec alter tenetur respondere, quia occulta relinquuntur divino iudicio, manifesta humano; quare in occultis non potest esse homo iudex: et ita nec praecipere nec procedere potest nisi iudex, nec alter tenetur obedire.

Respondo diciendo, que el prelado no debe ordenar, ni el acusado está obligado a responder, porque las cosas ocultas se dejan al juicio divino, así como las manifiestas se dejan al humano; por lo cual, en cuanto a las cosas ocultas, el hombre no puede ser juez; y, por consiguiente: no puede ordenar ni proceder sino el Juez, ni el acusado está obligado a obedecer.

CUESTIÓN 3

Tertia quaestio fuit: si aliquis accusat aliquem de aliquo crimine quod ipse solus scit, vel quod probare non potest, utrum praelatus debeat inquirere, vel praecipere, ut in capitulo dicat veritatem coram omnibus; et utrum accusatus teneatur confiteri coram praelato propter praeceptum.

La tercera pregunta fue: si alguien acusa a otro de algún crimen que solo él conoce, o que no puede probar:

1. ¿El prelado debe buscar pruebas u ordenar, para que en el capítulo diga la verdad ante todos?

2. ¿El acusado está obligado a confesar ante la presencia del prelado en virtud del mandato?

Respondeo dicendum ut supra, et multo fortius, quod praelatus non debet praecipere, et si praecipiat, graviter peccat, nec alter tenetur se pandere; sed dicat: probet quod dicit accusans, aliter peto iustitiam de indebita accusatione; vel aliquid huiusmodi respondeat; vel taceat: quia in occultis non est homo iudex, ut dictum supra, quaest. II.

Respondo como antes, y mucho más enérgicamente, diciendo:

Ad 1[am]) que el prelado no debe ordenar, y si ordena, peca gravemente.

Ad 2[am]) que el acusado no está obligado a darse a conocer; pero diga: «pruebe lo que dice el acusante, de lo contrario exijo justicia por la indebida acusación»; o responda algo similar; o calle, porque en cuanto a las cosas ocultas el hombre no es juez, como hemos dicho antes, en la cuestión II.

CUESTIÓN 4

Quarta quaestio fuit: utrum commissa sub secreto teneatur subditus revelare ad praeceptum praelati.

La cuarta pregunta fue: si el súbdito está obligado a revelar las faltas cometidas en secreto por mandato del prelado.

Respondendum quod si ex receptione secreti periculum praeeminet scandali et ruinae, vel gravis praeiudicii, vel damni communitatis, cui potest obviari per revelationem secreti, potest in hoc casu praecipere, et alter tenetur revelare: quia maius malum praeponderat minori bono. Unde si maius malum sequitur ex observatione percepti secreti, quam ex

Respondo que si a causa de la recepción de un secreto, hay grave peligro de escándalo y de ruina, o perjuicio a la comunidad, puede ello evitarse mediante la revelación del secreto, y, puede, en este caso, ordenar, y el súbdito está obligado a revelar, porque el mal mayor pesa más que el bien menor. Por tanto, si se sigue un mal mayor a causa de guardar un secreto que de

revelatione, non debet servari secretum, maxime ubi exigitur per praeceptum: quia sicut iuramentum non est vinculum iniquitatis, ut ait Augustinus, sic secreti promissio non debet esse vinculum iniquitatis aut velamen. Si autem ex observatione secreti nullum imminet periculum aut scandalum, vel aliquid praedictorum, nec debet praecipere nec subditus tenetur, vel debet per praeceptum revelare secretum ubi nullum imminet periculum alicuius gravis, ut dictum est supra: quia si immineret, non fideliter, sed contra fidem teneretur secretum, in magnum praeiudicium aliorum. Haec autem quae dicta sunt de non praecipiendo, et non revelando secretum, intelligenda sunt, ut dicunt magistri praedicti, ubi fama vel infamia non praecessit, quia ubi talis fama praecessit, quod de crimine fieret inquisitio in foro iudiciali, vel contentioso, potest praelatus praecipere et inquirere et exigere iuramentum.

su revelación, el secreto no debe ser guardado, especialmente cuando es exigido por un mandato; porque, así como el juramento no es vínculo de injusticia, tal como sostiene Agustín, así la promesa de guardar un secreto no debe ser un vínculo de iniquidad o un encubrimiento. Pero si por guardar secreto no hay peligro o escándalo inminente, ni nada de lo antes dicho, el prelado no debe ordenar ni el súbdito está obligado a obedecer, ni debe por mandato revelar el secreto donde no hay ningún peligro grave inminente, como hemos dicho antes: porque si fuese inminente, no sería leal, sino que el secreto se tendría por contrario a la lealtad, en cuanto que sería gran perjuicio para los demás. Ahora bien, estas cosas que se han dicho de no ordenar y no revelar secreto, deben entenderse, tal como lo dicen los maestros antes mencionados: donde no ha precedido la fama o la infamia. Porque donde ha precedido semejante fama de crimen, el prelado debe hacer la inquisición del delito en el foro judicial o de litigio, y puede ordenar y preguntar y exigir juramento.

CUESTIÓN 5

Quaestio quinta talis fuit: aliquis dicit in confessione mala periculosa alterius, dans licentiam confessori ut illi praelato denuntiet, tacito nomine confitentis. Item ex alia parte traditur una littera sub secreto occulto ipsi confessori, in qua eadem continentur denuntianda quae in confessione sunt dicta; proceditur ad inquisitionem, tandem invenitur per confessionem delati sive accusati, veram fuisse denuntiationem: post hoc praelatus volens scire unde habuit ortum denuntiatio, praecipit illi confessori,

Tal fue la quinta pregunta: alguien dice en confesión los males peligrosos de otro, dando licencia al confesor para que lo declare al prelado, callando el nombre al confidente. Por otra parte, se entrega en secreto una carta al mismo confesor, en la que están contenidas las mismas denuncias que en confesión fueron dichas; se procede a la inquisición; finalmente se comprueba por la confesión del denunciado o del acusado, que la denuncia era cierta. Después de esto, el prelado, queriendo saber de dónde se había

unde ipse habuit litteram illam, quam extra confessionem receperat. Alter respondet: licet extra confessionem receperim, tamen sub secreto recepi, nec potest manifestari praelato, quin prodatur peccatum confessum, et praelato confessa sunt illa quae denuntiata erant, et hoc asserit confessor, quia certum est sibi quod dicitur. Quaeritur ergo utrum debeat praecipere praelatus, et ille obedire, vel utrum praelatus debeat credere dicenti.

originado la denuncia, le ordena al confesor decir de dónde tenía aquella carta que había recibido fuera de la confesión. El confesor responde: «Aunque la he recibido fuera de la confesión, sin embargo, lo he recibido en secreto, y no puedo manifestarlo al prelado, porque el pecado confesado no puede ser revelado», y el prelado confiesa lo que había sido denunciado, y el confesor lo afirma, porque lo que se le dice es cierto. Por tanto, se pregunta: si el prelado debe ordenar y el confesor obedecer, o si el prelado debe creer en el que declara.

Respondeo praelatus non debet praecipere, nec ille tenetur obedire, non solum ratione confessionis quam revelare se crederet, sed ratione secreti sub quo accepit; et maxime in proposito, nulla est quaestio, ubi constat denuntiationem veram fuisse, nec timetur periculum, nec aliquod grave imminere. In tali enim casu non licet secretum extra confessionem inquirere, vel revelare. Frater Thomas autem dicebat, quod si iudicialiter agatur, scilicet si accusans dicit se probaturum, vel obligat se ad poenam talionis, praelatus potest inquirere per praeceptum, et ille tenetur obedire, et respondere sicut iudici veritatem, quia ubi saecularis iudex potest exigere iuramentum, praelatus religiosus potest dare praeceptum. Sed contra hoc obiicitur, quod in occultis non est homo iudex, sed solus Deus, et iura volunt quod si aliquis iurat ad praeceptum iudicis de dicenda veritate, non astringitur huiusmodi iuramento dicere veritatem de occultis, scilicet de iis quae probari non possunt, quia talia dicuntur in iure occulta, quae probari non possunt. Igitur videtur quod talis non tenetur se pandere propter praelati praeceptum, nec esse propter iuramentum a iudice requisitum. Unde in hoc sententia eius non concordat

Respondo: el prelado no debe ordenar, ni el confesor está obligado a obedecer, no solo por razón de la confesión que creía haber revelado, sino por razón del secreto bajo el cual la ha recibido; y especialmente en este caso, donde consta que la denuncia fue verdadera, que no se sospecha de peligro, ni de amenaza grave. En tal caso, pues, no está permitido inquirir o revelar el secreto fuera de la confesión. Pero el hermano Tomás decía, que, si se hace judicialmente, esto es, si el acusante dice que lo probará, o se sujeta a la pena del talión, el prelado puede inquirir por mandato, y el confesor está obligado a obedecer, y a responder con la verdad al juez; porque allí donde un juez secular puede exigir un juramento, el prelado religioso puede dar una orden. Pero contra esto se objeta, que en las cosas ocultas no es juez el hombre, sino solo Dios, y las leyes quieren que, si alguien jura decir la verdad por orden del juez, no esté obligada por tal juramento a decir la verdad sobre cosas ocultas, es decir, sobre cosas que no pueden ser probadas, porque a tales cosas que no pueden ser probadas se dicen ocultas en la ley. Por consiguiente, parece que tales cosas no están obligadas a revelarse al prelado en virtud de un mandato, ni por el juramento exigido por el juez. De ahí que, esta opinión, no

sententiae aliorum magistrorum.

concuerde con las opiniones de otros maestros.

CUESTIÓN 6

Sexta quaestio fuit: aliquod factum malum est accidens, sed nescitur quis fecerit, verbi gratia furtum est in domo, vel domus combusta est, vel aliquid huiusmodi, potest ne praelatus inquirere per praeceptum, et ille qui fecerit, revelare?

La sexta pregunta fue: algo malo ha sido hecho por accidente, pero no se sabe quién lo hizo, por ejemplo, el robo producido en una casa, o una casa que se ha quemado, o algo similar: ¿No puede el prelado inquirir mediante mandato, y descubrir quién lo hizo?

Respondeo: dixit frater Thomas quod potest praelatus praecipere in genere sic: praecipio, ut qui hoc fecit, vel scit, tenetur dicere. In hoc non concordant alii magistri cum fratre Thoma de Aquino.

Respondo: el hermano Tomás dijo que el prelado puede dar órdenes en general así: «Ordeno, de modo que quien ha hecho esto, o sabe quién lo ha hecho, está obligado a decirlo». En esto no concuerdan los otros maestros con el hermano Tomás de Aquino.